



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1702. usque ad annum 1708

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1781

VD18 13322648

§. 105. Petri Coaslin Cardinalis decessus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67633](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67633)

inter Sanctos relatum intelliget. Subjunctum *Sæc. XVII.*
 etiam Pontifex, sibi apprime cognitam *A. C. 1706.*
 esse vitæ ejus sanctitatem, perfectam
 terrenorum abdicationem, ferventem
 in Deum, pauperesque charitatem,
 eleemosynas, jejunia, & frequentes
 corporis macerationes.

Ceterum Filippuccius testamento
 cavet, ut ejus bona in pias causas con-
 verterentur, ipsius vero corpus sine ulla
 inscriptione funebri in privata Canoni-
 corum sepultura humaretur: Tanta
 vero hujus Viri veneratio erat, ut in-
 numeri ad ejus cadaver confluentes,
 illud ferme ad nuditatem importuna
 pietate omnibus vestibus expoliarent,
 seque infelicissimos reputarent, nisi
 Viri sancti reliquias obtinuissent.

§. CV.

*Petri de Coaslin Cardinalis
 decessus.*

Venerabilis hujus Patris ferale fatum *Vitæ Card.*
 præcesserat Petrus de Coaslin na- *t. I. p. 79.*
 tione Gallus Parisiis ex Illustrissima fa-
 milia natus. Hic primævo naturæ be-
 neficio mansuetam indolem nactus, e-
 menso studiorum curriculo inter Sor-
 bonæ Doctores numerari meruit, ac
 Clericorum statum ultro amplexatus,
 plura, eaque sat pinquia beneficia, imo
 etiam

Sæc. XVII. etiam Aurelianensem Episcopatum ad
A. C. 1706. Regis nominationem obtinuit: cum et-
 tiam de Ecclesia bene meritus, regi-
 que percarus esset, ab Innocentio XIII.
 Purpuratorum Collegio adscriptus est.
 Tandem vero die quinta Februarii se-
 ptuagenario major anno obtentæ Pur-
 puræ nono decessit.

§. CVI.

*Marci Antonii Barbarigo Car-
dinalis.*

*Vit. Card.
l. c. p. 77.*

Pari mortis necessitate vivis ereptus
 est Marcus Antonius Barbarigo pa-
 tria Venetus, qui sub Cardinalis Gre-
 gorii, Patru sui cura, Patavii in om-
 nibus virtutum exercitiis, inque alio-
 ribus disciplinis mire adolevit, ac pau-
 lopost Pataviensis Ecclesiæ Canonicus,
 & demum Corcyrensis Insulæ Episco-
 pus renunciatus est, quo in munere
 tamen graves admodum molestias dis-
 gnitatum pedissequas perpeti cogeba-
 tur; cum enim Morosinus Veneti exer-
 citus Ductor, quosdam milites trans-
 fugas vi ex Templo extrahi iussisset,
 Episcopus violatam Ecclesiæ immuni-
 tatem reparari petiit; repulsam vero
 passus, Morosinum diris devovit, qua
 tamen severitate tam acerbam Veneti
 Senatus indignationem incurrit, ut
 omni-